

2181

CODICES

2182

Christi librum hunc recte ligavi. Ludovicus Bloc. Ut Codd. supra citatis.

DCCCCXI.

- C. 947 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 198. 8^{vo}. bene scriptus, auro fulgido coloribusque distinctus, frontispiciis multis elegantia florum, animaliumque varietate decoratus, et XVIII. Iconibus sacris artificiose depictis conspicuus, olimque Parthenonis *Halensis* in *Tyrolis Horarium* continet sequentibus partibus constans: Horis de S. Cruce, de S. Spiritu, Missa de B. *Maria*, Horis ejusdem, Psalmis de Poenitentia, Vigiliis Mortuorum, et Orationibus ad diversos Coelites. E *Calendario* praevio nihil eruas, nisi quod SS. *Eligii* et *Nicasii* nomina rubro exarata Provinciam *Remensem* indicare videntur. Neque obstant *Orationes* quaedam a fol. 181. lingua belgica inscriptae, puta: *Des morgens als du opstaes, segt. Alse du gaes wt dinen buyse* &c. olim enim etiam *Belgici* Episcopatus *Atrebatensis*, *Cameracensis*, *Tornacensis*, et *Tervannensis* ad eam Provinciam pertinebant. Insigne *Calendario* nitida pictura praefixum rubris aureisque fasciis alternis, scutello medio rubro aquilam auream unicipitem referente de Possessore primo *Codicis* pariter divinationem admittit. Subjectum nempe illi Lemma: *Souvenir Tue Bouton*, ad Familiam nomine *Bouton* dedu-

cit, cui ejusmodi Insigne fasciatum tribuitur tam in *Cl. Menestrierii Nouvelle Methode du Blason*, quam in *Vrai Supplément du Nobiliaire des Pays — Bas et de Bourgogne. A. Louvain. 1774. p. 183. 8.*

DCCCCXII.

- Codex membraneus lat. Sec. H. 4 XV. Folior. 246. 12. nitide per-scriptus, omnique ornatu pictorio speciosus, quo pertinent XXI. Icones majores, et praecipue fol. 234. artificiosissima Christi Servatoris *Πετορον*, *Horarium* est frequentia complexum: *Calendari-um*, in quo Sancti *Belgici* complures miniati, Horas de Cruce, de S. Spiritu, Missam de Beata, Initia IV. Evangeliorum, Horas de B. V. M. *secundum usum Rom.* etiam per Adventum, Psalmos de Poenitentia cum Litaniis SS. quos inter *Audomarus*, *Amandus*, *Vedastus*, *Leonaerdus*, *Ghildardus*, *Amelberga* &c. Vigiliis Mortuorum, Precesque et Hymnos ad varios Coelites.

DCCCCXIII.

- Codex membraneus lat. Sec. H. 5 XV. Folior. nunc. 180. 12. eleganter exaratus, auro coloribusque varius, et Iconibus majoribus IV. decoratus *Horarium* est, praecedente *Calendario*, in quo miniati *Basilus*, *Eligius*, *Remigius* et *Bavo*, *Donatianus*, *Livinus* *Belgium* demonstrant. Sequuntur *Horae*